Præbenda et Canonicatus Cracou: in Choro sinistro appellata Zyrawska

Præbenda et Canonicatus Cracovien: Quam nunc tenet Magister Jacobus de Schadek Decretorum Doctor Nobilis de Domo Wieniawa. Non habet pro dote aliquam Villam seu fundum, sed habet Decimas manipulares et pecuniales inscriptas. Et primò ac principaliter habet Decimam manipularem in Villa Regia Zyrawa. In qua etiam est Ecclesia Parochialis Sanctæ Trinitati, et Omnibus Sctis dicata, à qua Præbenda Zyrawska consuevit appellari, Sunt ibi viginti sex Lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur Decima manipularis Præbendæ præfatæ. Et ducitur per Cmethones proprijs Curribus in Horreum à Canonico deligendum, Solvitur decima Canapalis per duas iuncturas de Laneo; non sunt ibi agri Prædiales, neq; Curia. Sunt ibi quatuor Tabernæ ad proprietatem Plebaniæ pertinentes de quibus Decima manipularis solvitur Plebano in Zyrzawa.

Item Præbenda præfata habet secundam Decimam in Villa Regia Rzeczow sub Parochia Eccliæ de Zyrawa In qua sunt sex Lanei Cmethonales de quibus solvitur et ducitur proprijs Curribus per Cmethones Decima manipularis in Horreum, et Canapalis per duas iuncturas, Est ibi Curia Regia habens agros prædiales de quibus datur Decima manipularis Plebano in Zyrawa ad quatuor Marcas, sunt etiam ibi quatuor Tabernæ, et Hortulaniæ quinq; sed non habent agros nisi prata. Item Decima Canapi solvitur per quatuor iuncturas. Item quatuor Tabernæ præfatæ ad proprietatem Ecclæ in Zyrawy pertinētes duæ habent agros de quibus decimant Ecclæ in Zyrzawy et vna solvit tres Marcas altera duas marcas Aliæ tres non habent agros, et solvit vna duas Marcas quin

95

ta, et vltima vna cum media marcas pro Ecclesia in Zyrzawa.
Item habet terciam Decimam manipularem in Ostrow Villa Regia sub Parochia
Ecclesiæ de Zyrawa In qua sunt sex Lanei Cmethonales et vna Taberna habens
agros de quibus omnibus soluitur Decima manipularis et ducitur proprijs cur-
ribus per Incolas in horreum à Canonico eligendum. Et Decimam Canapalem
per duas iuncturas Est etiam ibi Prædium Regium habens agros Prædiales
de quo decima manipularis datur Plebano et Eccl. in Zyrawa.
Item habet quartam Decimam in altero Ostrow militari sub Parochia Eccl.
de Zyrawa, Cuius hæres Stanislaus Wątrobka de domo Oxa, in qua sunt qua
tuor Lanei Cmethonales de quibus omnibus datur Decima, et ducitur in horreum
per Cmethones proprijs curribus pro Canonico. Et datur Canapum per quatuor
iuncturas. Est ibi Prædium Regium taberna et Hortulani non sunt, Præ
dium habet agros de quibus manipularis Decima datur Eccl. in Zyrawa.
Item habet quintam decimam in Villa maiori Krzyzanowice Sancto Spiritui
dicata In qua est Eccl. Parlis et dominium Villæ pertinet ad Ciuitatem
Bochnen. sunt in ea nouem Lanei Cmethonales de quibus omnibus soluitur
Decima manipularis, et ducitur proprijs Curribus in horreum pro Canonico
Et Decima Canapi per duas iuncturas Sunt etiam ibi aliqui parui Campi
in stadia distincti de quibus datur Decima manipularis Plebano et Ec
clesiæ Bochnen. Non sunt etiam ibi Hortulani aliqui, sed est ibi vna Taber-
na quæ habet agros, Decima Canapi soluitur pro Canonico per quatuor
iuncturas, præfata autem Taberna pertinet ad proprietatem Plebani et
pro Plebano Eccl. in Maiori Krzyzanowice et soluunt Decimam ma
nipularem et Censum.
Item habet Sextam Decimam manipularem in Minori Krzyzanowice
sub Parochia Ecclesiæ de maiori Krzyzanowice villa Joannis Wielo-

Zolski Nobilis de Domo antiquorum Cabellorum. In qua sunt sex Lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur et ducitur proprijs Curribus Decima in Horreum per Cmethones pro Canco Cracouien. Et decima Canapi datur per quatuor iuncturas. Est etiam ibi Taberna habens agros sed Decima pro Canonico Cracouien in Gorzythwam. Est etiam ibi Curia habens agros Prædiales. Item duo Lanei Cmethonales ab alijs prioribus distincti de quibus omnibus datur decima manipularis pro Plebano et Eccla in Maiori Krzyzanowice.

Item habet septimam decimam non manipularem sed pecunialem in Villa Regia Todtowka sub Parochia Ecclæ de Zyrawa. In qua sunt viginti quatuor Lanei Cmethonales, Et de quolibet Laneo pro Festo S. Martini, dantur duodecem grossi lati, usuales pro Canonico. Non sunt ibi prædia. Duæ Tabernæ sunt ibi, Hortulaniæ nullæ. Est ibi Sculteteus habens duos Laneos, habens præfatas duas Tabernas, quarum vna ante Iassien habet agros altera non habet, de agris Sculteriis et Tabernæ datur decima Plebano et Ecclesiæ in Zyrzawy.

Item habet octauam pecunialem Decimam in villa Regia Borek sub Parochia Ecclæ de Zyrawy, in qua etiam non est prædium, aut Taberna aut Hortulaniæ sed tantum modo decem et octo Lanei Cmethonales de quibus pro Decima Præbendæ ptæ soluitur duodecem grossi vsuales pro festo S. Martini. Est ibi Sculteria tres Laneos habens de quibus fertonalis Decima datur Plebano et Ecclesiæ in Zyrzawa habet etiã Ecclia in Zyrzawa ibi vnum Laneum cum omni Iure Decima et proprietate, et vna Hortulania de quibus habet Censum.

Item habet Decimam manipularem nonam in Villa Gruschowa sub Parochia Ecclæ de Wroimowice, Cuius hæres Ioannes Kurwasczyan de

96

Gorliczyn Nobilis de Domo Atomienie in qua sunt sex cum medio Lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur Decima manipularis et ducitur propriis curribus per Cmethones in Horreum pro Canonico Et decimam Canapi per duas iuncturas. Est etiam ibi prædium militare, habens agros prædiales, Est Taberna et duo Hortulani habentes agros de quibus omnibus solvitur decima manipularis Plebano et Eccliæ in Wrocimowice.

Item habet Decimam manipularem in Villa Imramowice sub Parochia Ecclesiæ de Wrocimowice, Cuius Heres Ioannes Karwacian Nobilis de Domo Atomienie, In qua sunt octo Lanei Cmethonales, et una Taberna habens agros, sed perceptio præfatæ Decimæ ex dictis Laneis et Taberna diversificatur in duas Præbendas Cracovien. vlt in partem Zyrawska quæ uno anno percipit aut æstiualia, aut hyemalia non in toto sed cum truncatione alio anno nihil, et in Præbendam Biezanowska quæ uno anno percipit aut omnia æstiualia et partem hyemalia, aut hyemalia, et partem æstiualium, et altero anno, et æstiualia et hyemalia, Ducunt Cmethones propriis Curribus decimam in Horreum pro Canco illum concernente et solvunt Decimam canapi per duas iuncturas pro Præbenda duntaxat Biezanowska, Est etiam ibi Prædium militare habens agros Prædiales de quibus datur Decima manipularis Plebano et Ecclæ in Wrocimowice, eo quod de maioribus Campis decimam percipere consuevit.

Item habet Undecimam manipularem decimam in Wola sub Parochia Ecclæ de Zielencze, Cuius Villæ Hæres Ioannes Szytek Pirski Nobilis de domo Gryfonum In qua sunt sex Lanei Cmethonales Ex quibus perceptio Decimæ manipularis diversificatur in duas Præbendas Cracov. Nam uno anno Præbenda prius Zyrawska percipit Hyemalia tantum, al

altero verò anno, æstiualia tantùm Tertio verò anno percipit vtraq; vlt tam æstiualia quam hyemalia. Et in Præbenda Wianczkowska, quæ vno anno percipit hyemalia, altero æstiualia, et tertio nil, Et ducunt proprijs curribus Cmethones decimam in horreum pro Canonico cui debetur Decima Et soluunt decimam Canapi per duas iuncturas ei cui cedunt hyemalia. Est etiam ibi Taberna, et duo Hortulani habentes agros, de quibus omnibus soluitur Decima manipularis pro Præbendis iuxta huiusmodi diuersificationem Est etiam ibi Prædium molitare habens agros de quibus datur Decima manipularis Plebano et Ecclesiæ in Wrocimowice

Item habet duodecimam manipularem Decimam in magna Przemienchany villa Sanctimonialium de Skarnaszki sub Parochia Eccl^æ de Zielenice in qua nulla est Curia nec agri Prædiales, sed Lanei Cmethonales quindecem, et duæ Tabernæ et vnum molendinum habentia agros proprios, diuersificatur autem perceptio decimæ prædictæ in tres Præbendas Cracouien vlt in primis Zyrawska, quæ in aliquibus annis percipit partem hyemalium et in aliquibus partim æstiualium iuxta Campos, et in Præbendam Wianczkowska quæ biennio percipit maiorem partem aut hyemalium, aut æstiualium, et in tertio anno minorem. Et in Præbenda Boszutowska quæ biennio minorem partem percipit, aut æstiualium aut hyemalium, et in tertio maiorem, Et tenentur Cmethones proprijs Curribus ducere illam pro Canonicis quibus cedit. Et nihil illi cedit de decima Canapi et sola Præbenda Boszutowska percipit omnem Decimam Canapalem integrè omni anno.

Item habet tredecimam manipularem decimam in Villa Suchdol sub Parochia Eccl^æ de Wrocimowice, cuius hæres Gowork Nobilis de armis Rawa, In qua sunt Lanei Cmethonales soluunt decimam Manimanipulare, sed perceptio eius in duas Præbendas Cracouien diuer-

sificatur ult. in pntem Præbendam Zyrawska quæ vno anno percipit partem maiorem hyemalium aut æstiualium. Et in altero anno maiorem partem aut æstiualium, aut hyemalium. Et in præbenda Cracovien. Brzezanowska cui pari modo cedit aut maior aut minor pars hyemalium et æstiualium per alternatas vices, Et perceptio canapi pertinet ad eum Canonicum qui maiorem partem percipit hyemalium Tenentur eam Cmethones proprys curribus in horreu. pro Canonico ducere, et quatuor iuncturas dare canapi. Est etiam ibi Prædium militare habens agros de quibus datur Decima Plebano et Ecclesiæ in Wrocimowice

Item habet Decimam manipularem quartam decimam in Villa Sdzemirzyce sub Parochia Ecclæ de Bractawice Cuius duo hæredes Nicolaus Fratres et Joannes de armis Odrowasés In qua sunt quinqz Lanei Cmethonales de quibus omnibus absqz diminutione soluitur Decima manipularis, Et ducitur proprys curribus in horreum pro Canonico. Et Decima Canapi soluitur per quatuor iuncturas. Sunt ibi duo prædia de quorum agris soluitur Decima manipularis Plebano et Ecclæ in Bractawicze de vna Curia ult Petri de Dziewiąthie de altera autem Curia quæ est Joannis Kiczolowicz Decima datur Altaristæ in Proszowi

Item habet Decimam manipularem quintam decimam in Villa Szydzina sub Parochia Ecclæ de Skawina, Cuius Hæredes sunt Abbas et Conuentus Monastery Tynecen. In qua sunt sex Lanei Cmethonales sed perceptio ex illis decimæ manipularis diuersificatur. In præbendam præsentem Zyrawska Quæ vno anno percipit totam Decimam absqz diminutione de Laneis præfatis, Et altero anno nihil, et in Vicariam Cracou. Canonicatus et Præbendæ Topolska, quæ pari modo vno anno totam decimam

mam percipit, altero nihil. Et tenentur eam Cmethones ducere proprijs curribus in Horreum Canonici, aut Vicarij, et Canapum soluunt per quatuor iuncturas.

Item habet Decimam non manipularem sed pecunialem Sextam decimam et ulti-mam in oppido Skawina ubi Ecclesia Parochialis de nouem Laneis, quam tenen-tur Magister Ciuium et Consules pdti Oppidi recolligere et soluere pro illa Canico pro tempore duas marcas et duodecem grossos Latorum grossorum usualium pro festo Sancti Martini. Quilibet enim Laneus ex praefatis nouem Laneis tenetur pro decima soluere unum fertonem Latorum grossorum, fuerunt enim ibi tres quondam Villae Babicze, Pisary, et Stara Wiesz. In quorum agris Op-pidum Skawina Locatum est.

Item Praedicta Praebenda habet Vicariam perpetuam in Eccla Crac, cuius ipse Canicus unicus est Collator et Patronus, Quam nunc tenet Albertus de Szlecz. Quae pro sua dote proprietate et titulo habet, habereqz consueuit de-cimam manipularem in Withkowice Villa Praestimoniali Capli Crac prope Cracouiam retro Prandnik sub Parochia Ecclae de Zielonki In qua sunt octo Lanei Cmethonales habentes agros speciales, de quibus omnibus soluitur Decima manipularis, Et decima Canapi per quatuor iuncturas. Et duci-tur proprijs curribus per Incolas ad horreum Vicarij pro tempore existen. Est etiam ibi Curia Caplris pulchra habens aedificia et agros praediales ab agris Cmethonalibus secretos, ex quibus nulli soluit decimam manipula-rem sed illam Praelatus et Canicus pro tempore Villam regens percipit, et in horreum suum inducit. Item est ibi Taberna una habens agros spe-ciales ex agris Curiae praedialibus sibi adiunctos de quibus non Vicaria praefata, sed, regens villam pro tempore percipit Decimam Manipularem et in-ducitur in horreum Curiale per Tabernatorem. Sunt etiam ibi quinqz

97

Hortulanias, sed non habent agros tantum modo hortos et Decimam non reddunt.
Item Praebenda praefata iuxta antiqua Regestra taxata est pro sol
uendis Contributione aut Fabrica ad Triginta Marcas.

Ex libro Beneficiorum Ecclesiasticarum Collegiatarū Dio
ces Cracovien desumptum Sigilloq Vblis Capli
Eccliae Cathedlis Cracoviensis communitum.

Canoni [illegible]